



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

2 Furtum & rapina specie differant, necne

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

id decernunt, vt patet l. si is qui rem. i. ff. de furt. vbi habetur quod qui rem quam com modauit furtiuit, non est fur. Quapropter si postquam res quispiam ex me sustulit, vt statim ab eodem extorqueant, non ero futuri reus. Respondetur mentem S. Thom. legitimam esse, quam ipse statim artic. e. eiusdem quaestio. patefacit. Si enim ego apud quendam rem meam deposui, vel ille mihi eripuit, & clam illo accipio, propterea censor fur, quia ille nesciens me accepisse tenebitur ex conscientia mihi restituere, & eadem ratione si auferam a latrone ipso infcio. Atque hac de causa ait rem illam quodammodo esse illius seruantis depositum, nempe quantum ad ius custodiendi, quinetiam & illius, qui rapuit, quia debet illam seruare ad restituendum. Quare ergo non possum priuata auctoritate vi, aut frau de illam capere.

Solutio.

ARTICVLVS II.

Vtrum furtum, & rapina specie differant.

Quamuis ex praecedenti artic. solutio huius quaestiuunculae facile colligatur, maioris tamen claritatis gratia de eadem differentia rursus quaeritur. Nempe, an inter furtum, & rapinam sit specifica differentia. Arguitur namque a parte negatiua. Primum quod non videntur differre nisi tanquam occultum, & manifestum, quae quidem qualitates in alijs peccatorum generibus non variant species, vt si in publicum peccetis, aut in secreto. Secundo, qua differentia specifica a fine, & formali obiecto sumitur, quod furti, & rapinae idem esse videtur, nempe vsurpatio alienae rei. Tertio, sicut rapitur pecunia ad vitendum ea, ita & puella ad abutendum, rapitur autem puella. siue publica fiat, siue secreto, speciem non mutat, ergo neque rapitur pecunia. In contrarium autem est Aristot. Philosoph. s. Ethicor. cap. 2. vbi furtum, & rapinam diuersas species constituit.

Conclusio re-
spiciua.
Probatio con-
clusio-
nis.

Ad quaestionem breuissima conclusio-
ne responderetur. Furtum, & rapina differ-
unt specie. Probatum. Differentia speci-
fica aduim attenditur penes formalem,
eandem autem proximam differentiam obie-
ctorum, haec autem in furto, & rapina est
specifica, ergo eiusmodi crimina differunt

specie. Probatum minor. Vicia haec ambo
in hoc conueniunt, quod sunt communitati-
ue iniustitiae aduersa, quatenus per vtraque
istarum acceptio in iustum fit, prius
ius alienum violatur, iniustum autem,
vt ille habet Aristot. nemo nisi iniustus con-
traque suam voluntatem patitur, inde ergo
actiones istae iniustitiae sunt quod contra
voluntatem domini fiunt, qui ideo in-
uoluntarium patitur, at vero inioluntarium
vt i. Ethic. auctor est Arist. dupliciter
fit, nempe aut per ignorantiam aut per vio-
lentiam. Furtum autem ex sua ratione di-
citur acceptio ignorantem domino, rapina
vero eodem conscientio ac vim patiente, ergo fur-
tum & rapina differunt specie. Itaque non
ad rationem alieni aspiciendum est, quae
est materiale obiectum, sed ad rationem in-
uoluntarij. Differentia est quam non solum
morale Philosophi verum, & Iurisconsulti
ex eadem philosophia suas leges eliciunt
agnoscunt, vt patet l. sed nouo iure, C. de let.
fugit & apud Vlpian. l. fur. ff. de fur. Est autem
ne quis decipiat mediare consideranda Co-
gitare. n. qui spiam possit aut in hoc confi-
dere, quod furtum fiat in tenebris, vt Exo.
22. habetur, rapina vero sub luce dicitur. Aut
quod furtum in absentia domini commo-
tatur, rapina vero in eius penitencia. Cum
tamen in neutra istarum ratione discriminem
constat. Sed differentia est quod furtum fit
absq. violentia, rapina vero, & latrocinium
violente. Hinc. n. vt art. vlt. videbimus, sa-
gescit rapinae culpa pra. illa quae in furto.
Ex quo fit, vt praesente domino furtum fieri
possit, sicut & eodem absente, rapina.
Exempli gratia, si praesente patrono impu-
rus homo in aedes insulset, illum quae vel re-
sistentem opprimat, vel ne resistat al. get,
aut in cellam includat, aut talem ei incur-
rat metum, vt taceat, quamuis incrimis
faciat, habetur raptor & latro, quia vim in-
fert. Si vero patronus etsi non consentiat,
tamen ob suam modestiam taceat, latronis
parens vel honori vel vitae, non erit rapina,
sed furtum. Eadem ratione si aedes quis
aggrediatur, licet nemo sit intus, erit rapina.
Qua sit vt latrones qui vias publicas ob-
sident non fures modo sint, verum & rap-
tores. Distinctio autem qua habetur la-
de furtis, vbi distinguuntur duo furto-
rum genera, quorum alterum est occultum, al-
terum vero manifestum nihil facit ad re-
Nam enim accipitur illic manifestam pro
rapina.

rapina, sed pro eo casu quo fur in flagranti delicto comprehenditur, ut continuo exponitur. l. 3.

Omnia igitur argumenta soluta restant. Ad primum enim respondetur quod peccata alia ab iniquitatibus iniustitiæ non habent pro obiecto inuoluntarium alterius, sicut furtum & rapina, & ideo ex diuersa ratione voluntarij non variantur specie, si cui hec. Et per hoc responsum etiam est ad secundum, quod est circa idem versetur obiectum materiale & remorum scilicet alienum, tamen formale & proximum non est idem. Ad tertium respondetur quod rapinas puellæ quantumque respectu aliorum occulte fiat, puellæ tamen semper est notus & ideo quia illa semper præsumitur restituisse, dicitur raptus.

ARTICVLVS III.

Virum furtum sit genere suo peccatum mortale.

Postquam dictum est quid sit furtum quomodoque à rapina differat, queritur de virtutibus natura, an sit genere suo mortale delictum. Et quo historiam filiorum Israel expoliatarum Ægyptios torques iam expositam nullam faciamus, arguitur primum. Qui rem suam vel penes alium depositam vel furto sublatam furtim capitavit: fur iure habetur, & tamen non peccat, postquam iure vitur suo, ergo furtum non est peccatum. Secundo arguitur, cum id quod quis inuenit aut casu repererit nulli restituit, furtum committere videtur, & tamen si ad naturalem æquitatem spectes nullum est peccatum, nam, ut habetur Insuper & ff. de re. diui. quod nullius est, occupanti conceditur & re vera quarum rerum dominus non comparet, nullus esse censetur. Quod autem non sit genere suo mortale, tertio loco probatur. Tunc ex illo Proverb. 6. Non grandis est culpa: dñi quis furatus fuerit tum quod si est rei modice, non est cur sit mortale, tum maxime quod si mortale esset, cum sit contra iustitiam & pacis quietem, dignum esset pœnæ mortis illa autem non apparet digna que furibus infligatur: sed satis est ut multiplicatum restituat furtum, secundum illud Exod. 22. Si quis furatus fuerit bouem aut ouem

quinque boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. Idque habetur leg. sed nouo iure. C. de feruis fugit. In contrarium autem est quod nemo secundum diuinum iudicium, nisi ob mortale delictum vehementer percussus maledictione, fures autem acri animaduersione damnantur, verbis illis, Zach. 5. Hæc est maledictio que egreditur super faciem omnis terre, quia omnis fur sicut ibi scriptum est, iudicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur.

Ad questionem vnica conclusione respondetur. Furtum, fortiorique ratione rapina, peccatum est, idque genere suo mortale. Probat. Delictum mortale, ut idem dicere consueuimus, inde penditur quod charitatem extinguit, quæ vita est animæ, furtum autem, est huiusmodi, ergo est mortale. Probat minor. Illud delictum quod virtuti aduersatur, reipublice necessaria, perquam scilicet pax quiesque eius seruatur, extinguit charitatem furtum autem aduersatur iustitiæ, in qua tota mortalium fides, humanaque societas salua consistit. Nam per furtum ciues expellitur iure suo, atque adeo pax ciuitatis perturbatur, est ergo contra charitatem, sed tamen tanto grauior rapina, quanto vis peior est fraude. Dictum autem est, genere suo proprie rationem explicari solitam in leuitate materie que culpam attendit. Conclusio clarissima ac perinde omnibus compertissima est, sed tamen de furti comparatione ad alia crimina posset quis, neque immerito dubitare, virum sit genere suo omnium peccatorum contra Decalogum minimi, an peiorem obtineat gradum. Primum enim de fornicatione affirmat. Martin in tract. de Temper. q. 2. minoris esse culpe genere suo quam furtum. Cuius potissimum fundamentum est, quod fornicatio non est natura sua mala, & ideo prohibita. Imò vero ob id tantum est mala, quia prohibita, nempe lege veteri, Deuter. 23. Non erit meretrix ex filiabus Israel, & noua ad Ephes. 5. Omnis fornicator aut immundus auratus non habebit hereditatem in regno Christi. Et eodem applaudit Duran. 4. Sententia, dist. 3. q. 2. Præterea quia furum est contra iustitiam, fornicatio autem non nisi contra temperantiam, nam qui fornicatur, ut ait Paulus, in corpus suum peccat, iustitia vero præstantior est, quia vero, Soto, de iust. & iure. Ecce ut

Conclusio tripla.

Ratio conclusionis.

Dubitatio. Martin.

Primo Martini.

Secunda.

TO
RE
BULLS
III
13